

	1687	88	89	90	91	92	93	Sum
Jan.		333	707	197	654	218		1509
Febr.		393	171	112	168	678		922
March		875	145	476	342	298		2136
April		468	678	386	498	539		1969
May		182	244	300	335	693		1149
June		302	179	412	416	181		1490
July		120	218	285	448	112		1183
Aug.		222	402	193	198	668		1683
Sept.		442	403	215	675	641		2306
Octob.		740	764	165	273	514		2457
Nov.		415	717	230	140	627		2137
Dec.		361	262	169	892	261		1952
Sum		4861	4291	314	44372	4231		20893

An Account of an Accurate Experiment of the Quantity of Vapour compared with this of the Rain, with several Observations thereon, is intended to be part of one of the next Transactions.

VII. Historia Lumbaginis Rheumaticæ Convulsivæ, à Roberto Pitt, M. D. & S. R. S. Communicata.

VI R erat quasi 35 Annorum, robustus Temperamenti Biliosi, qui Decimis colligendis eo tempore occupatus, post Operam laboriosorem peros forsan cito nimis ex rigore admisso occluserat.

Primâ ergo Morbi Invasione febricitavit, primo, rigore & Horrore, dein Calore, & Doloribus vagis, (nunc in Ventriculo & Intestinis, mox in Pedore sævientibus) corruptus: Venâm hæc Symptomata cum aliis brevi permuntantur. Materia enim Morbum committens se in Dorso omnem depositus; hinc immanis Lumborum Dolor ad Coxendicem

endicem usque sœviens. Et quidem tantus erat Dolor, ut Sudores Symptomaticos sic expresserit, ut à Capillis & Facie guttæ catervatim stillarent. Prä Dolore neque in lecto procumbere nec erexitus stare, nec in sedili sedere potuit: Verum Abdomine ad spondam pedum fulcris protruso, Dolorem Lumberum compressione illâ aliquo modo fallere videbatur. Sed neque sic inclinato corpore, quietus (ut voluit) perstare usque potuit: Sed Convulsionibus correspondus primò erigebatur cum vultu miserabili, & ringente Ore, dein in humum retorquebatur (nisi adstaret aliquis qui Casum ejus præveniret) ubi immotus Cadaveris instar manebat, sese movere inhabilis, neque majori ad surgedum potentia donatus, quam si esset Infans. Brachia etiam & Crura ei prostrato rigeabant, ut nullo modo extendi retrahive possent. Os etiam Convulsionibus ita claudebatur, ut Cochlearum vix admitteret. Convulsiones autem illæ quibus Membra & Dorsum corripiebantur, per Paroxysmos redibant; non quidem Periodicos, sed nunc citius, nunc serius redeuntes, prout Dolor magis minusve sœvitret. Sed eum ad positionem suam optatam Spondam Sc. reducamus, ubi vultu ita erat composto, qui risum sane cuiquam vindicti facile moveret, nisi Recordatio earum quas sustinebat misericordiarum, Miserecordiam potius excitaret. Sic autem Dies Noctesque Misellus Homo tres plus minus septimanas transigebat, nunquam in Lecto discubens insomnis ut plurimum, cum Dolore summo, crebrisque Convulsionibus. Hæc sunt quæ in eo observare potui Symptomata: cætera sanus. Nulla erat Vomititio. Pulsus fortis & æqualis. Lingua humida, & pellicula albâ obducta. Sanguis per Venæ sectionem eductus, Sanguini Pleuriticorum similis. Urina ut sanorum. Quid per primam septimanam factum sit, nescio; nisi quod Vena semel pertunderetur, semel Clyster, & semel purgans Medicamentum administrarentur, & vis satis magna Laudani sine fructu exhiberetur. Sed incassum hæc omnia. Tandem me accersi curant, qui cum Aegrum vidissem eo quo scripsi modo laborantem

rantem Venæ sectionem repeti jubeo ad satis largam quantitatem. Die proximo Lenitivum præscripti, quod dum per sedem ad 3. 4^{ve} vices operabatur; Æger rectus obambulare potuit, nullis doloribus, nec Convulsionibus lacesitus: quo tandem suo munere perfundo, redeunt statim Dolores & Convulsiones, & ipse ad pristinam suam stationem Spondam sc. redit. Hoc tamen Animos addidit, Purgationes repetitas rem ipsam expedire posse, cum primum Purgans eas à Morbo inducias daret. Die ergo sequenti Refinam Jalapii & Mercurium dulcem exhibui (cum expertus essem quid in Lumborum Dolore valeret hoc Medicamentum) sed præter spem, ne semel quidem deposuit Æger, quamquam 3j. Syr. e Spin. Cervinâ adjecerim. Ut ergo duro huic Nodo, durum satis adaptarem Cureum, Purgantium Dofin auxi, Syr. e Spin. Cervin. ad 3i j. 3iij^{ve} alternis diebus adhibens. Sic tandem Alvus aperta est, & Dolores mitigari, & Convulsiones non ita crebro lacescere. Serum Laetis, ut ad libitum hauriret, permisi. Et cum Alvus purgantibus responderet, Laudanum tutius & liberius exhibere potui, unde Requiem Spiritibus à Morbo simul & Medicamentis exagitatis conciliarem, nec tamen materiam Morbum committentem ab eo incarcерarem. Sic tandem factum est ut à repetitis his Purgantibus, octo puto, aut decem, evanuit Dolor, & convulsiones cessarunt, & ipse sartus teclus valet. Ego interim ut à Recidivâ cavebam, Nervina Medicamenta, quæ Sanguini & Spiritibus vigorem imprimarent, adhibens; Eum vegetum & vividumque & Onera Tumeris sustincentem, nuper vidi. E memoria fere excidebat, suras ei convalescenti intumuisse, qui tumor his ultimis Medicamentis facile cessit. Suadebam ego frequentior. m Venæ sectionem, sed cum Rusticus idem Jonat, Sanguinem & Vitam ipsam effundere. Sed æquè feliciter mihi ceperunt Purgantia repetita.